

- 25 Etiam in materia penali, & correctiva.
- 26 Privatio in precetur non inducitur ex inhabilitate in futurum.
- 27 Pietatis pretextu non debet salubris severitas relaxari.
- 28 Nicolai III. Constitutio privans filios hereticorum beneficiis obtentis, & inhabilitans ad obtinenda referuntur.
- 29 Constitutiones penales ad hereses arcendas sunt favorabiles.
- 30 Pensio in materia fœdilis venit appellatione beneficij.
- 31 Episcopus an possit dispensare cum filijs hereticorum ad officia, & beneficia, & num. seqq. usque in fin.
- 32 Decretum irritans impedit ne Episcopus possit dispensare in criminibus infra adulterium.
- 33 Dispensare non potest Episcopus cum his, qui a canone sunt perpetuo privati beneficijs obtentis, vel inhabiles ad illa obtinenda.
- 34 Nec in concernentibus fidelem, vel statum universals Ecclēsie.
- 35 Episcopus an possit dispensare cum filijs interficiatis Pralatum.
- 36 Episcopus dispensare potest ubicumque in materia penali canonem permittit dispensationem.
- 37 Infamia iuris per solum Principem aboleri potest, non per Episcopum.

VERGENTIS. Bona hereticorum confiscantur etiamsi Catholicos habeant filios. Hoc dicit secundum Joan. Andr. cum quo concordant Butr. Cardin. Anchar. Jo. de Anan. & Felin. vel plenius secundum Abbatem, & Marian. Soccin. Bona hereticorum confiscantur, & in terris Ecclesie applicantur filio ecclesie, in terris imperij filio seculari; & procedit etiamsi Catholicos habeant filios. Hoc dicit, & sunt tres partes: nam primo præmittit decisum exordium; sic undò ponit statutum de publicatione, quod probat per argumentum à minoribus; tertio solvit obstaculum: secunda ibi, in terris, tertia ibi, nec usufructu 10. Andr.

Nota primo ibi, in terris verò temporalibus nostræ iurisdictioni subiectis, Romanum Pontificem, vel ecclesiam in terris sibi subiectis quoad iurisdictionem temporalem vindicare sibi omnia iura temporalia, & habere cameram fiscalem, cui applicentur bona confiscata, ut hic per Butr. n. 2. & Marian. Soccin. in 1. notab. de quo in Clem. 2. de hereticis. ibi. in finem ecclesia. Facit quod notat Jo. Andr. in cap. Quis diversitatem. num. 15. de concess. preben.

Secundò nota ibi, & in alijs idem precipimus fieri per Potestates, & Principes seculares. In terris imperij bona publicata deferri in fiscum secularem, licet publicatio fiat ratione criminis merè ecclesiastici, ut hic notant idem Butr. n. 2. in fin. vers. Ex quo notat, Anchar. num. 1. & Marian. Soccin. in secundo notabil.

Qui tamen singulariter hoc limitat nisi filius, cuius bona publicantur, esset clericus, quia tunc applicatio fiet. Fisco ecclesie etiam in terris imperij, argumen. cap. 2. de success. ab intestat. Et satis videtur probari in hoc cap. Cæterum adverte, quia etiamsi agatur de bonis laici, tamen apprehensio illorum nullatenus fiet nisi prius pronuncietur super crimine per iudicem ecclesiasticum, ut est expressum

in cap. Cum secundum leges. infra eod. lib. 6. ubi habetur hoc de bona hereticorum esse confiscatum ipso jure, licet secundum hoc cap. requireretur sententia, ut probatur ibi, statumini, publicari: nec non ibi precipimus fieri. Sed nihilominus necessariam esse declarationem iudicis ecclesiastici super factis: & ita hic notant Jo. Andr. num. 2. & Cardin. n. 1. in ver. Seculares.

Tertiò nota ibi, compelli volumus, & mandamus Iudices, & Principes seculares posse compelli per ecclesiam ad iustitiam faciendam, prout hic notant Bernard. post casum, & in glof. i. Innocen. & Hostien. num. 1. per text. in cap. Administratores, 23. q. 5. cap. Postulasti, §. fin. & cap. Iudei, sive Saraceni, §. fin. supra de Iudeis. Hoc enim facere potest Papatone peccati, ut cap. Novit, supra de Iudic. Unde potest eos propter hoc dignitate privare, cap. Ad abolendam, §. Statuimus, supra eodem. Sicut & propter alias iniquitates, cap. Alius, 16. quest. 64.

Quemadmodum Leo III. Romanum Imperium in personam Caroli Magni à Grecis transtulit in Germanos propterea quod Imperatores Constantinopolitani Ecclesiam Romanam, quæ ab Astolpho Rege Lombardorum opprimebatur, defendere noluerunt, ut cap. Venerabilem, cum sua glof. in verb. Transtulit. de elect. De qua imperij translatione latius & distictè Cardin. Bellarmin. in tractat. de transit. imper. lib. 1. cap. 4. cum seqq. in eod. cap. 12. & lib. 2. per tot. & lib. 3. Maxime cap. 3.

Quartò nota ibi, Misere aliquis voluerit. Hæreticos quamvis ad fidem sponte redeant, & hæresim abjurent, tamen bona amissa non recuperare nisi ex misericordia; & idem in Episcopatu, quem lapsus in hæresim non recuperat nisi ex misericordia, ut c. Ipsa pietas, vers. Item si inquirunt, in fin. 23. q. 4. & cap. Quod autem, 9. 7. & notatur per Innocen. Hostien. Joan. Andr. & alios in cap. 1. de Paroch. & per glof. hic in ver. Misere, Host. n. 1. in eod. ver. & Marian. Soccin. in 3. notab.

Quintò nota ibi, filius sui vita solammodo ex misericordia conservata. Propter criminis paterni immanitatem quandoque filios puniri temporaliter, idque ut ipsorum parentum gravior sit poena, Ipsi quidem, ff. Quot. mer. caus. & quia exempla paterni criminis in filiis metuentur, cum filius naturaliter sequatur vestigia parentum, ut l. Quisquis, §. Filius vero, juncta glof. in verb. In quibus, c. Ad leg. Iuliam maiestas. Facit text. cum glof. in l. Cum unus, in princip. ff. de aliment. & cibari. legat. & in l. Quodsi noluit, §. Si mancipia, ff. de edit. edit. & notatur in c. illud, 40. dist. & in cap. Quantumlibet, 47. dist. Unde & Hierem. c. 31. Patres comederunt uvas acerbas, & filiorum dentes obstupuerunt; & sacra penitentiaria in absolutione à Presbyterico idem apponit clausulam de qua in cap. Quisquam de penis videlicet, & ne minus vindicta, quam excessus memoria prorogetur. ipse, eiusque liberi propter hoc censentur inhabiles ad beneficia ecclesiastica obtinenda, nisi cum eis fuerit super hoc misericorditer dispensatum. Regulariter tamen filius non debet puniri pro crimine patris, & maxime in spiritualibus, in quibus nunquam debet portare iniquitatem patris; & sic intelligitur illa authoritas, ut notatur in summa, 2. q. 21. & 14. in summa, 1. q. 1.

Sextò nota ibi, aternam, quam temporalem habere maiestatem. Hæreticos committere crimine

læse Majestatis Divinae, quam longè gravior est, quam læse majestatis humanae, ut hic, & in Auth. Gazari, c. de Haret. & Manichæis, ad idem c. Sicut qui Ecclesiam, 17. q. 4. & cap. Si apud 23. q. 5. quod enim in religionem divinam committitur, in omnium fertur injuriam, & publicum est crimen, l. Manichæos, c. de Haret. & Manichæis, glof. hic in verb. Longe sit gravior. Quare si contra homines illatz blasphemiz impunitæ non transeunt, multò magis qui ipsum Deum blasphemant dignus est supplicia sustinere, ut in Auth. Et non luxurien. contr. nat. resp. 1. & §. 1. Host. hic n. 2.

Ultimò nota ibi, orthodoxorum exheredatio filiorum quasi cuiusdam miserationis pretextu debet ultatenus impedire. Textum expressum quod bona hereticorum confiscantur sive habeant filios, sive non, nec Catholicis hereticorum filijs aliquid relinquendum est, ut hic dicitur: & quamvis contrarium reperitur statutum de jure civili, ut in d. l. Manichæos, & in Auth. Idem est de Nestorianis, ubi habetur filios Catholicos propter hoc hereditate paterna non privari: nihilominus prædicta jura corriguntur per hanc Decretalem, & per Constitutionem Frederici. Hac edita, quæ hoc idem dicit, & olim fuit posita in quinta compilatione eod. tit. idque in detestationem criminis nam si id sancitum est in crimine læse majestatis humanae, ubi filij puniuntur quoad bona, ut in d. l. Quisquis, c. ad leg. Iul. maiest. quæ est canonizata in §. Verum, vers. Si quis cum militibus, 6. q. 1. multò fortius in crimine hæresis, quod longè gravior est, ut hic in littera, & dictum est in præcedenti notabili & in hac opinione fuerunt glof. Jo. Laurentius, & Archidiacon. in summa 23. q. 7. Cyn. in d. l. Quisquis, n. 5. Host. in summa, de hereticis. Quæ poena, & firmat glof. penult. hic, cum qua concordant Abb. Antiq. Jo. Andr. Butr. Cardin. & omnes in sumario text. Host. n. 9. Cardin. num. 4. Abb. Siculus num. 5. & Marian. Soccin. num. 8. & 9. & quamvis nonnulli opinati fuerint hunc textum habere locum quando pater fuit damnatus in vita, jus autem civile quando fuit damnatus post mortem: tamen hæc est differentia confunditur per c. Cum secundum leges, infra eod. lib. 6. Ruarus et l. Jo. Andr. hic n. 7. & cedat hac Decretalem prævalere legibus in illis terris tantum quæ subsunt temporali jurisdictioni Domini Papæ: in terris autem imperij prævalere leges, quæ majori æquitate nituntur: illius tamen opinio est aperte falsa, nec ullam habet probabilitatem, & mirandum est hoc contigisse juris canonici illuminatori. Adverlatum enim hoc cap. quod facit mentionem de terris Imperio subiectis, & cogit Principes seculares, quia crimen est merè ecclesiasticum, cap. Et inquisitio, infra eod. lib. 9. & idè poenæ impositio pertinet ad iudicem ecclesiasticum, non ad secularem, §. in hoc, 23. q. 2. quare hanc opinionem, quæ etiam fuit Tancredi, & Goffedi, merito hic respuit Butr. n. 1. vers. 10. Andr. dicit Cardin. n. 4. Anchar. n. 7. Abb. in fin. & Marian. Soccin. n. 8. & 9. licet revera Jo. Andr. videatur postea ab ea recessisse, quia paulo post subiungit ob stare Auth. Gazari, c. de Haret. & Manichæis, quam dixit concordare cum textu nostro. Atque ita Jo. Andr. agnovit hanc differentiam cõstitui non posse inter loca Imperio, vel Ecclesie subiecta, cum ipsi Imperatores hoc idem sanxerint, videlicet Julianus in Auth. Gazari, & apertius Fredericus

quæ hanc differentiam cõstituit non posse inter loca Imperio, vel Ecclesie subiecta, cum ipsi Imperatores hoc idem sanxerint, videlicet Julianus in Auth. Gazari, & apertius Fredericus

cus in præcitata Constituit. Itac edita, cujus hæc sunt verba: (Cæterum quia quanto majora divina miserationis acceptimus, & altior eorum locum præ filijs hominum obtinemus, tanto devotiora debemus obsequijs gratitudinis cõferre; si quando in nostri nominis cõtemptores nostra excandescit autoritas, si reos læse majestatis in personis eorum, & liberorum suorum ex heredatione damnamus, multò fortius, iustusque contra Dei blasphematores nominis, & detractores Fidei Catholicæ evocamus, eorumdem hereticorum receptorum, fautorum, & advocatorum suorum hæredes, & posteros, ut ad secundam generationem beneficijs cunctis temporalibus, publicis officijs, & honoribus Imperiali auctoritate privantes, ut in paterni memoria criminis cõtinuo merito tabescant, verè scientes quod Deus zelotes est peccata parentum, in filios potentius ulciscens.) Hæcenus verba constitutionis, quæ ut inquit Cyn. in d. l. Quisquis, n. 6. c. ad leg. Iul. maiest. Ecclesia Romana approbavit, & inventur apud Inquisitiones hereticæ pravitatis sub Bulla Papali.

Declarata nunc conclusionem superius firmatam ut locum habeat in Christianis ortum ducentibus à Christianis, & ab ipso principio, qui lapsi sunt in hæresim: locus verò in Iudæis, qui effecti sunt Christiani, & demum postea labantur in hæresim, quia bona talium reservantur filijs Catholicis, ut est tex. notabilis in cap. Iudei, 1. q. 4. unde hoc casu filij Neophytorum sunt melioris conditionis quam filij Christianorum, ut hic per Marian. Soccin. n. 9. in fin.

Secundum hæc dicitur QUÆRO, an filius condemnati de heretica pravitatē sit ipso jure privatus, vel privandus beneficijs obtentis, & penionibus sibi reservatis antequam pater condemnatur.

Videtur respondendum esse ipso jure privatum, aut saltem privandum tam beneficijs, quam pensionibus huiusmodi.

Quod primò probatur per text. in cap. Et commissi, §. Privandi, infra eod. lib. 6. quo tribuitur Inquisitoribus facultas privandi, vel privatos nunciandi tam hereticos, quam eorum filios; unde si illa verba privandi, vel privatos nunciandi intelligantur distributivè, & verbum, privandi, referatur ad filios hereticorum, qui puniuntur ex alieno factis, & verba, privatos nunciandi, referatur ad hereticos, qui privantur ex proprio, ut placuit quibusdam antiquis, quorum meminit Joann. Andr. in d. c. l. Et commissi, n. 4. Covar. l. 2. v. r. resol. cap. 8. n. 4. vers. Ipsi verò: si illa verba ita accipiuntur, ut dictio, vel sit expositivè pro ipsis, ut Jo. Andr. Gemio, & communiter Doctores ibidem intelligunt: nos habemus intentum, quia secundum priorem intellectum textus ille necessariò convincit, filios hereticorum esse privandos, & secundum posteriorem, & communem esse ipso jure privatos, & ut tales nunciandos, quo casu nunciandos non fert novam sententiam, sed à jure promulgatam exequitur, Archid. in d. cap. Et commissi, post princip.

Secundò, id probatur, quia ratio puniendi filios ea fuit, ut ad deterrendos alios à tam immmani facinore filij perpetua egredere tordefcerent, eiusque mors esset solacium, & vita supplicium, ut habetur in l. Quisquis, c. ad l. Iul. maiest. quæ cum loquatur de crimine læse majestatis Luminaria, p. 1019

ius habet locum in crimine læsæ majestatis divinæ, ut est crimen hæresis, ut hic patet, & in auth. Gazarus, C. eod. & dictum est supra in 6. notab. & num. 19. At hæc ratio comprehendit nedum inhabilitatem ad nova beneficia acquirenda, sed etiam obtentorum punitionem; si quom sequeretur, ut si filij tempore delicti paterni pingua beneficia possiderent, eisque non privarentur, jam non essent in egestate miserabiles victuri; ideoque ob identitatem rationis debent privari etiam obtentis, ad l. a. Titio, ff. de verb. obligat. cum concordant.

Tertio, id ipsum confirmant verba huius textus sumpta ex d. l. *Quisquis*, dum dicunt eis solam vitam ex misericordia relinquere, unde sequitur, ut cetera omnia adiungantur, *Cum prator*, ff. de iudicij, cap. *Nomine de presumptionib.*

Quarto, accedit quod omnes pœnæ impostæ pro delicto læsæ majestatis humanæ ex majoritate rationis debent habere locum in crimine læsæ majestatis divinæ, ut hic arguitur ibi: (Cum enim secundum legitimas sanctiones res læsæ majestatis punitis capite bona confiscantur eorum filijs suis vita solummodo ex misericordia conservata, quanto magis qui aberrantes in fide Domini Dei Filium Jesum Christum offendunt a capite nostro, quod est Christus, Ecclesia debent districtiōe puniri, & bonis temporalibus spoliari, cum longè sit gravius æternam, quàm temporalem lædere majestatem: quod etiam legitur in auth. Gazarus, C. eod. tit. & in Constitutione Federici superius relata, nu. 18. sed in crimine læsæ majestatis humanæ, quæ est percussio personarum Cardinalium, Gigas in tract. de crimin. læsæ majestatis tit. *Qualiter*, & a quibus crimen læsæ majestatis committit q. 5. n. 3. cum sequi expressè cautam, ut filij delinquentium sint ipso jure privati beneficijs obtentis, c. *Felicius*, s. *Quod si quis de patris lib.* 6. ergo idem etiam habebit locum in crimine læsæ majestatis divinæ, de quo agimus.

Hæc rationibus hanc sententiam sequuti sunt Jo. An. in d. cap. *Privandi*, n. 4. in ver. *Privandi*, Gemm. in d. *Privandi* n. 4. Henric. Boch. in hoc cap. nu. 12. & Jo. de Anan. eod. num. ver. *De crimine autem hæresis*, Præpos. in cap. *Satis perversum*, num. 4. 56. distinct. Emeric. in direct. inquis. qu. 14. Roman. singul. 693. Decian. tract. crim. cap. 4. 3. n. 4. ver. *De danti filij*, Lambertini. de interpretatione, in 1. par. in 2. lib. in 6. art. 3. qu. *principales*, Gigas in tract. de crim. læsæ majestatis lib. 3. tit. de patris quæ filij incurrun. qu. 11. Paul. Rubens in tract. de Regno Navarr. p. 5. §. 7. & 8. & communem esse attestant Covarr. lib. 2. var. resolut. cap. 8. nu. 1. & Joh. Clarus in praxi criminali s. *Hæresis*, ver. Item *Clericus*

Non obstat quod oppositum scripsit Jacob. de Simanch. de cathol. instit. tit. 29. nu. 20. Rebuff. in praxi beneficiar. tit. de mod. amit. benefic. num. 23. Penia in scholium ad 3. par. directorij schol. 156. Covarr. & Clar. in loco supra citato. Etenim contra filium est communis opinio omnium fere antiquorum, ut ipsemet Penia testatur ibidem, ver. *Anceps* tamen, præsertim cum Abbas citatus à Covarr. pro filio, in hoc cap. nihil affirmet, sed simpliciter dicat glos. in cap. *Satis perversum*, 6. dist. velle ut filius non perdat beneficium: quæ tamen glos. potius facit pro hac parte, cum loquatur de crimine læsæ majestatis humanæ, & sentiat filium

ob crimen patris non privari beneficio e ratione, quia est exemptus à potestate Principis, qui volens à contrario sensu, ut in crimine læsæ majestatis divinæ, in quo cessat ea ratio exemptionis in Clerico, talis filius beneficium amittat, ut ens elicitur ex verbis eiusdem Abb. in cap. *Cum laici* n. 4. de interpretatione, dum in eadem questione loquens de crimine læsæ majestatis humanæ primò arguit, ut filius sit privatus beneficio, quia est infamis, deinde contrarium concludit, quia cum filius sit Clericus, non potest esse infamis per legem secularem; ita tacite insinuat, ut in crimine læsæ majestatis, in quo per legem canonicam filius irrogatur infamia, ipsi amittant beneficium obtentum, cum lex canonica non crearet potestate in eis, quemadmodum seculares.

Non obstant rationes, quibus moti sunt Covarr. & Penia ad alteri lentendum.

Nam ad primam, quod nullo jure caveatur hæreticorum filios esse privatos obtentis, & quod c. *Felicius* imponens hanc pœnam filijs percutientibus personas Cardinalium tanquam pœnalem non debeat extendi.

Respondetur satis esse cautum tam per textum in d. cap. *Privandi*, s. *Privandi*, quam per rationem expressam in d. l. *Quisquis*, & in hoc cap. ubi enim est eadem ratio lex non dicitur extendi sed enucleari, *Si postulare*, s. *Sed qui negavit*, ff. de adulter. & cum textum ac hoc propositum allegat Oldràe conf. 185. Thema tale est, *Titius Canonicus*, in fines, & ubi est eadem ratio non dicitur quis extendendo novum eam addere, sed quod in primo casu in ratione includatur, secundum equitatem detegere, sive declarare, quia lex dicitur omne, quod in ratione consistit, cap.

24 *Consuetudo*, l. dist. ergo ubi habet locum legis ratio circa id pro dicitur dicitur extendi dicit Calder. conf. 1. *Vi lite pendente*, & ut alibi scribit Bald. in l. De quibus ff. de legib. ubi est eadem ratio in pluribus casibus, una, & eadem ratio decidit omnes illos casus non per extensionem, sed sicut genus comprehendit species, sic generalis ratio diversas species: ideoque expresso uno casu veniant omnes, in quibus viget eadè ratio, quod Baldi dictum refert, & sequitur Paul. de Castro conf. 44. *Pro declaratione*, num. 6. col. penult. ad fin. ver. *Nam ut inquit eleganter D. Balus lib. 1. ad*

25 procedit etiam in materia pœnalis, & correctiva, ut tradit Abb. conf. 75. Primò est videndum, nu. 7. lib. 1. *Tiraquell. de caus. cess.* in 1. par. num. 155. & est text. in l. *Ilis solis*, ver. *Satis etiam tacite causam putamus*, c. de revocand. donationib. quem dicit meliorem de corpore juris Bald. in rubr. *Coll. de nautic. suener*. Jo. de Anan. inter conf. Paul. de Castro, conf. 256. *Visis*, & consideratis, col. 2. ad fin. lib. 2. & Cravetta conf. 183. *Regula*, n. 3. quoniam ut ait idem Bald. conf. 384. *Statuto civitatis cavetur*, nu. 1. lib. 5. ea quæ sunt utilem rationis includuntur sub dispositione ex significatione, id est tanquam expressa proprie, non tacite.

26 Secunda ratio contrariæ opinionis est quia textus in cap. *Quicumque*, s. *Hæretici*, de hæretic. lib. 6. prohibet tantum ne hæreticorum filij ad beneficia admittantur; & sic futuram acquisitionem inhabilitatio autem in futurum non inducit privationem in præteritum, glos. in Clem. 1. §. *Ipsius*, de panis, ubi DD.

Ad hanc rationem responderetur, primò retorquerendo

quando textum d. §. *Hæretici*, quod cum loquens tam de hæreticis, quam de eorum filijs, inibeat uniformiter, ne ad beneficium admittantur; conseq. est, ut sicut illa prohibitio quoad hæreticos importat etiam privationem obtentorum, glos. communiter approbata in cap. *Quo iure in verb. Nam iure*, dist. 8. Rota apud Caslad. decis. 14. num. 1. *Super regulis*, ita etiam eandem privationem importat quoad filios hæreticorum per regulam, *L. hoc iure*, de regul. & pupillar. cum similib. & propterea Eimeric. in direct. inquisitor. d. g. 114. fundat privationem beneficiorum in hæreticorum filijs ex solo text. in d. §. *Hæretici*. Secundò responderetur, quavis per text. in d. §. *Hæretici* non inducatur privatio obtentorum, sed tantum inhabilitas in futurum, tamen inductam esse talem privationem per alios textus supra citatos, & per rationem d. l. *Quisquis*, & textus nostris.

27 Neque verò præferenda est in hac materia opinio non privans filios tanquam benignior: quia non debet prætextu pietatis salubris severitas relaxari, ut expressè admonetur in hoc cap. in fin. ibi; (Nec hujusmodi venemur censuram orthodoxorum ex hæredatio filiorum quasi cuiusdam miserationis prætextu debet ulla tenentur impedire, cum in multis casibus (etiam secundum divinum iudicium) filij pro patribus temporaliter puniantur: & juxta canonicas sanctiones quandoque feratur ultio non solum in auctores scelorum, sed etiam in progeniem damnatorum.)

28 Ad extremum hæc alterationem apertis verbis dirimit Nicolaus III. in Constitutione 2. incipit. *Noviter universitas*, s. *Hæretici autem*, ubi sic statuit. (Hæretici autem, receptores, defensores, & fautores eorum, ipsorumque filii ulque ad secundam generationem ad nullum ecclesiasticum beneficium, seu officium admittantur: quod si fecus actum fuerit, decernimus irritum, & inane, Nos enim prædictos ex nunc privamus beneficijs acquisitis, volentes ut tales & habitis perpetuò careant, & ad alia similia nequaquam in posterum admittantur.) Habetur hæc Constitutio in Bullarum. 1. pag. 124.

29 Cum ergo filij hæreticorum amittant etiam beneficia obtenta, non est dubitandum, quin amittant etiam pensiones: nam cum Constitutiones pœnales ad hæreses ardeas sunt favorabiles ad tradita per Bart. in l. *Quemadmodum*, circa med. C. de agricol. & censu. lib. 11. & Tiraq. in d. tract. de caus. cess. in 1. par. n. 158. sequitur in tali materia favorabiles appellations beneficij veniat etiam pensio, *Gig. de pensio*, q. 28. in 2. limitat. n. 15.

30 Sed quatenus etiam in hac materia pensiones non veniant appellations beneficij, sed bona temporalia censentur: filius hæretici esse etiam privatus est per d. l. *Quisquis*, juncto textu nostro, & auth. *Gazarus*, C. eod. & Constitutione Federici, *Hæc edicti*, quibus tales filij omnibus etiam bonis temporalibus privantur sola eis vita ex misericordia conservata.

31 Post hæc reperti hæc controversiam contigisse olim in Rota in casu *Conchen. pensio* coram Penia, in qua libratis rationibus, & auctoritativus utriusque opinionis, teque ad san. me. Clem. VIII. delata die 3. *Novembris* 1594. Sanctissimus in generali Congregatione S. Inquisitionis proposito articulo, consultisque Cardinalibus, & reliquis Prælatibus Consultoribus, qui presentes aderant, au-

Prosop. Fagn. in I. par. 5. lib. Decretal.

ditisque Cardinalibus Inquisitoribus senioribus affirmantibus non esse usu inquisitionis receptam doctrinam afferentium filios hæreticorum propter parentum hæresim privari beneficijs habitis: censuit hanc opinionem tanquam miore fore amplectendam; & iterum referente bo. me. D. Jusso sub die 23. Decembris immediate sequentis Sanctitas sua dixit alloquutum fuisse Congregationem S. Inquisitionis, & reperisse Sanctum Officiũ servare opinionem negativam tanquam benigniorem; & ideo non esse locum dispensationis, Video hæc de rebina decisiones post consil. Prosperi Farinac. tom. 2. decis. 87. & decis. 90.

Sed postea sub die 6. *Martij* 1598. coram Peregino in eadem causa *Conchen. pensio*, subiecto accessu discusso de expresso ordine Sanctissimij; Rota resolvit filios hæreticorum esse privatos ipso jure beneficijs, & pensionibus, etiam ante delictum obtentis, seu reservatis; & hanc opinionem dixit esse veriorem de jure, & communiter receptam, eamque probari ex pluribus Romanorum Pontificum Constitutionibus, nempe Innocentij IV. Alexandri IV. & præcipuè ex illa Nicolai III. habetur hæc decisio impressa apud Nicolaum Garziam de benef. par. 11. cap. 10. num. 79. & Farinac. loco proximè citato decis. 123. & *Marches. de Commiss. par. 1. fol. 215* cujus etiam meminit Lotharius de re beneficijs l. 9. q. 2. n. 51.

32 Successivè QUÆRO, An Episcopus possit dispensare cum filijs hæreticorum ad officia, & beneficia ecclesiastica.

Cum explorati juris sit hæreticorum filio; nec ad beneficia ecclesiastica, nec ad officia, vel honores admitti debere, cap. *Quicumque*, s. *Hæretici*, de hæretic. lib. 6. non videtur habere facultatem Episcopus cum eis dispensandi.

33 Primò, quia cum textus in d. cap. *Hæretici*, continet in ultimis verbis decretum irritans ibi, (quod si fecus actum fuerit, decernimus irritum, & inane;) sequitur ut Episcopus dispensare non possit: nam etiam in adulterio, & minoribus criminibus Episcopus, non potest dispensare quando leges, vel canones prohibentes annullant actum factum contra prohibitionem, Felin. in cap. *At si clericus*, de adulterijs n. 4. in secunda limitatione de feud.

34 Deinde quia Nicolaus III. in Constitutione superius relata n. 28. statuit, ut hæretici, eorumque filij usque ad secundam generationem beneficijs habitis perpetuò careant, & ad alia similia nequaquam in posterum admittantur: quibus verbis censetur adempta Episcopis dispensandi facultas, ut notat glos. in cap. *Cupientes*, s. *Caterum*, in verb. *Perpetuò*, de elect. lib. 6. quam ut singularem probant Cardin. in Clem. 5. de vita & honest. clericor. & Felin. loco citato.

35 Tertio, quia cum versetur in concernentibus fidem, & statum universalis Ecclesiæ, qui per filios hæreticorum ad officia, & honores admittuntur, si paterna dogmata retinerent, labefactari possent; & ita tractemus de re graviorem quam sit adulterium, conseq. est Episcopi dispensare non posse, cap. *Dilectus*, de tempor. ordinatione, & ibi glos. in verb. *Permissa* ver. *Vel dic quod non licet*, & Innoc. n. 2. Roman. conf. 325. *Quo ad primum*, nu. 4. in 3. dub. Felin. in d. §. *De adulterijs*, n. 1. ubi ait omnes ita sentire.

36 Nec obstat doctrina Abb. in cap. *In quibusdam* num. 4.

na. de pen. ubi scripsit Episcopum posse dispensare cum filio interficientis Prælatum, licet per illum textum repellatur à Clericatu: nam respondetur illum text. in fine permittere, ut cū eis possit dispensari: unde non est mirum si Episcopo hoc liceat: nam ubi in materia pœnali canon permittit dispensationem, non est ambigendum, quin liceat Episcopo dispensare, ut post Abb. declarat.

38 Dec. 2. §. de adulteris, num. 35. Prefertim verò, quia cum filij hæreticorum, quæ læserunt majestatem Divinam, non minus videantur infames, quam filii conspirantium adversus Principem ex l. Quisquis, c. ad leg. tal. maiest. juncto hoc cap. Infamia hujusmodi per solum Principem aboleri potest, & non per Episcopum, ut notant omnes in cap. Cante, ubi in specie Felin. num. 12. de sent. & re iudicat. l. 1. §. De quare, ff. De postulando.

DE HÆRETICIS

Cap. Absolutos.

S Y M M A R I Y M.

- 1 Hæreticus perdit ipso iure fidelitatis homagium, & quamcumque aliam obligationem eo ipso quod est hæreticus, & n. 4.
- 2 Papa crimini ecclesiastici potest absolvere vasallos laicorum ac omni obligatione; & alios eisdem obnoxios à quocumque pacto etiam irato.
- 3 Hæretici amittunt ipso iure dominium omnium bonorum à die commissi criminis, & numero 14. & 15.
- 5 Es eorum familiares, servi, liberti, & mercenarij sunt soluti omni obligatione, qua eis tenebantur.
- 6 Uxor non recedit ab excommunicato, sed ab hæretico sic.
- 7 Hæreticorum filij liberantur à patria potestate, & emancipatio facta à patre non tenet.
- 8 Debitor si iuravit ad certam diem solvere, sub certa pœna, si non solvat creditori in hæresim lapsus pœna non committitur, nec est perituros, & num. seq.
- 9 Iuramentum debitoris habet sacram conditionem si creditor in eodem statu manserit.
- 10 Debitor lapsus in hæresim tenetur solvere fisco, si bona sunt publicata.
- 11 Debitor excommunicati non tenetur ei debitum solvere, sed illud deponere debet apud eadem sacram, donec ab excommunicatione fuerit absolutus.
- 12 Vasalli liberantur ab omni debito fidelitatis si dominum liberant in hæresim manifeste.
- 13 Et quid si occulte, & n. seqq.
- 14 Hæreticorum bona sunt ipso iure confiscata etiam si sint occulte.
- 15 Pœna ipsorum impoita afficit delinquentes quantumque occultos.
- 16 Dimissoria Episcopo existente hæretico an sint concedenda à Capitulo Cathedrali Ecclesie, & num. seqq. usque in fin.
- 17 Et quid si Canonici uno excepto propter hæresim sint dispersi, & n. 19. & 25.

Et quid si omnes absint, num. 27. & seqq. usque in fin.

18 Sed Episcopalis an vacet propter hæresim Episcopi, & n. 23.

20 Vacacionis appellatio an veniat vacatio de iure, & de facto, & n. 2.

21 Hæretici beneficium vacat ipso iure, sed decenter non potest deici à possessione ante declarationem super facto.

22 Possessor remanet, qui titulum habuit ab initio, licet per penam inru privetur, ibid.

24 Declaratoria non requiritur ubi factum est notorium.

25 Declaratur n. 34.

26 Dimissoria concedere sede vacante non spectat ad Canonicos ut singulos, sed uti representantes Capitulum.

26 Capitulum in uno Canonico conservatur.

27 Dimissoria sede vacante dari non possunt à Canonicis absentibus.

28 Dimissoria concedendi potestas Episcopo, & Capitulo non extantibus, conservatur penes Ecclesiam, nec devolvitur ad Archiepiscopum.

29 Ordinari an quis possit ab alieno Episcopo, vel à metropolitano, si proprius Episcopus sit hæreticus, & Canonici omnes sint dispersi, & numero seqq. usque in fin.

Episcopo existente hæretico, an subditi ab illius obedientia liberentur, ibidem, & n. 34.

30 Exemptus an possit à quo maluerit Episcopo Ordines suscipere.

31 Lex debet esse possibilis, & n. seq.

32 Electio facta per votum non secreta non est irrita ubi non sunt nisi duo vocales.

33 Ordinari quantum quis possit ab alieno ob delictum proprii Episcopi.

ABSOLUTOS. Breve est sed per alia verba secundum Abbatem, Jo. de Anan & Mar. Socin. sic summari potest. Liberantur ab omni obligatione qui hæreticis tenebantur adstricti. Hoc dicit.

Nota primo ex texture ratione criminis ecclesiastici Papam posse absolvere vasallos laicorum ab omni obligatione, & alios eisdem obnoxios à quocumque pacto quavis firmitate valiato, ut hic est casus & notat Butr. num. 2. Abbas in 1. not. ab.

Jo de Anan, num. 1. Mar. Soc. eod. num. & Felinus in princ. quod clarum est hodie, quia hæreticorum bona sunt ipso iure confiscata, ut cap. Cum secundum leges infra eod. lib. 6. Licet olim secus esset secundum Innoc. hic circa finem, vers. Est etiam, ibi argumentum, & sic amittunt ipso iure dominium omnium bonorum à die commissi criminis, ut præter citatos tradit novissime Francisc. Penia in Directorio Inquisit. part. 3. lib. 3. Scholio 159. Bonorum autem appellatio continentur etiam obligationes, actiones, & iura, l. Bonorum §. in bonis, ff. de ver. significat.

Secundo nota hæreticum perdere obligationem fidelitatis & homagij ipso iure eo ipso, quod est hæreticus; & ita hic est casus secundum Joann. de Anan. in summ. textus, & notat glo. Hostien. in princ. Jo. Andr. num. 3. Butr. in 1. not. ab. & reliqui omnes: & idem intelligas in quacumque alia obligatione servitij, vel obsequij, ut in textu.

Unde iure nostro, familiares, servi, liberti, & mercenarij sunt etiam liberati, ut dicit Goffred. hic

hic per hanc literam, quæ generaliter dicit, & totius obsequij; & sic comprehendit omnes, etiam mercenarij; & cum Goffredo concordant Jo. Andr. num. 1. Butr. num. 3. Abb. num. 2. Joann. de Anan. num. 4. & Mar. Socin. num. 2. Francisc. Penia citatus supra num. 3. Nec obstant, c. Quoniam, 11. qu. 3. & cap. Inter alia, infra de sent. excomm. Quia loquuntur in excommunicato, non in hæretico, secundum Goffred. & alios præallegatos. Uxor autem non recedat ab excommunicato, ut ibi: Ab hæretico sic, cap. Sic enim, 28. q. 1. Similiter filij liberantur à patria potestate, & efficiuntur sui juris, adeo ut emancipatio facta à patre hæretico non teneat, tamquam facta de personis sui juris, ut cap. Quicumque, infra eod. lib. 5. Jo. Andr. hic num. 1. in ver. Adstricti, Abb. num. 3. & Mar. Socin. eod. num. Et idem in debitore, qui certa die oblitus est solvere sub certa pœna: nam si non solvat, pœna non committitur, quia cum hæreticorum bona possint occupari, multo magis retineri, ut legitur, & notatur in cap. Excommunicamus, §. Sivero Dominus, vers. 1. supra eodem. Nec si iuravit solvere intelligitur deicere, quasi iuramentum habeat in se tacitam conditionem, scilicet si in tali statu permanserit, ut ei communicandum sit, argum. cap. Quemadmodum, vers. 1. vers. Quia in illo, supra de iur. & cap. Excommunicamus, il secundo §. Crecentes, supra eod. c. extus optimus in l. Cum quis, vers. 1. ff. de solv. ubi si stipulatus sum milia, aut Titio dari; Titio tunc recte solvi potest, si in eodem statu manserit, quo erat tempore stipulationis: & ita hic firmiter glo. 2. Innoc. in fin. Hostien. num. 1. in ver. Aliquo pacto, Joann. Andr. n. 2. & communiter Doctores.

Adverte tamen, quia etiam debitores liberentur ab obligatione solvendi creditoribus in hæresim lapsis, non propterea quicquam sibi acquirunt, sed si bona sunt publicata, tenentur fisco solvere, vel cui declaratum fuerit esse solvendum, si illas non evitent pœnam, vel præjudicium, si alia excusationem non haberent, ut hic per Mar. Socin. num. 4.

An autem idem sit dicendum in excommunicato, scilicet, ut ille, qui sub pœna, vel sub iuramento promissit intra certum terminum solvere, incidat in penam, vel in perjurium, si illi interim excommunicatione innodato, & in ea perstitenti non solvat, sunt opinioniones, de quibus per DD. in cap. Veritatis, supra de dol. & contumac. Tutius tamen, ac verius videtur pecunias non esse solvendas excommunicato, sed esse deponendas apud eadem sacram, vel personam fide, & facultatibus idoneam, ad hoc ut solvantur creditori postquam ab excommunicatione fuerit absolutus, glo. in cap. Nos Sanctorum, in ver. Constricti, 15. qu. 6. quam ibi sequitur Archidiaconus num. 1. vers. Adde, & verum est, Abb. in cap. Si vere, num. 6. de senten. excomm. & in d. c. Veritatis, n. 39. Jo. de Anan. hic n. 5. & Felin. in fin.

Ultimo nota ibi, Lapsi manifeste in hæresim Vasallos liberari ab omni debito fidelitatis præstanto si ipsi domini in hæresim labantur manifeste, ut in littera. Ergo à contrario secus si occulte, ut hic tenent Innoc. post princ. in ver. Manifeste, Hostien. num. 1. in eod. lo. Andr. eodem num. & ver. Butr. num. 3. vers. Quid si occulte, & Card. num. 1. vers. Si autem, & quamvis Philippus dicat

idem, si sit occultus, dummodo probari possit: tamen Joann. Andr. ubi supra intelligit hoc procedere ubi crimen est probatum, quia tunc transit in manifestum, cap. Cum olim de verb. significat. Secus si non sit processum ad probationem, quia Ecclesia non indicat de occultis, cap. Sicut tuus, in fin. supra de simonia, & consentiunt Butr. & alij proximè citati.

Sed Abbas hic num. 1. circa finem, non putat hoc dictum hodie esse verum indistinctè, quia omnia bona hæreticorum sunt confiscata ipso iure, etiam si sint occulte, ut cap. Cum secundum, infra eodem lib. 6. ubi autem pœna ipso iure imponitur, afficiuntur delinquentes quantumcumque occulte, ut dicit glossa singularis in Clem. 1. in ver. Eo ipso, de hæretico; ergo eo ipso, quod quis labitur in hæresim, in continenti perdit omnia bona; & sic sequitur absolutio à fidelitate, & quantumque alia obligatione sibi quæ sita: non tamen potest hæc absolutio, seu publicatio allegari in foro externo, nisi hæresis sit manifesta, vel probata; & hoc modo possunt ad concordiam reduci dissidentes opinioniones; & cum his dictis Abbatis videtur hic transire Jo. de Anania, num. 3. vers. Sed Dominus Abbas, Mar. Socin. num. 11. & Felin. num. 1. Tutamen cogita, quia illa glossa loquitur de pœna spirituali suspensionis, & excommunicationis, prout etiam loquitur dicta Clem. 1. & vide quod scripsi in cap. Vergetis, supra eod.

QUÆRO, An Episcopo existente hæretico facultas concedendi dimissoria iuxta c. 10. sess. 7. Concilij Tridentini pertineat ad Capitulum Cathedralis Ecclesie.

Et in eo casu quo Capitulum concedere potest dimissoria, si Canonici propter hæreses dispersi sint, & nequeant convenire, aut conveniri sine difficultate, sufficiat habere literas dimissorias ab uno ex Canonicis Cathedralis Ecclesie, vel certe sine dimissorijs adire pro suscipiendis ordinibus viciniorum Episcopum, seu metropolitatum.

Pro quaestione solutione infra dicti articuli videntur examinandi.

Primo, An propter hæresim Episcopi, sedes Episcopalis taliter censetur vacare, ut eiusdem Ecclesie Capitulum possit dimissoria, seu reverendas pro ordinibus suscipiendis concedere ad formam juris, & d. c. 10. sess. 7.

Secundo, sede Episcopali vacante, & Capitulo nusquam comparente, an vel unus solus Canonicus, maxime si alij non valeant nisi difficulter congregari, possit huiusmodi dimissorias concedere; Et quid si neque hac via possint obtineri dimissoria, an possit aliquis Prælati alterius ecclesie, eiusdem tamen diocesis, easdem impetrari, vel saltem hoc jus transeat ad metropolitatum.

Tertio, An qui de dicta diocesi capitum promoveri, nec prædictis modis possunt obtinere dimissoria, possit ritè ab alieno Episcopo sine dimissorijs, vel saltem à metropolitano ad ordines promoveri.

Ad primum pro negativa facit, quod in materia strictè interpretanda, ut est decretum d. c. 10. sess. 7. quod correctionem juris communis continet, appellatio vacationis venit vacatio de jure, & de facto, Calder. conf. 6. in fin. de constit. Cum igitur in casu proposito Episcopus de facto ab hæretico detineatur Episcopus non comprehenditur sub dispositione huius decreti, quod requirit